

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

Pars vernalis

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

Pars Hyemalis.

4. *Feria IV. infra Dom: Sexag:*

„ dicatur ultima ex iis prætermiffa: alio-
„ quin expletis omnibus fumantur de Pſal-
„ terio, quod ſemper fit, quando propria
„ non habentur.

Pars Vernalis.

Feria IV. Cinerum vide pag: 393.

*Dominica I. Quadra-
gesimæ.*

*Rubrica: „ Si in Dominica prima Quadra-
„ gesimæ, Paſſionis, aut Palmarum, ac per
„ ſequentem hebdomadam maiorem occur-
„ rat duplex etiam J. Claſs:, transfertur
„ in diem ſequentem ſimiliter non impe-
„ ditam, ut dicitur in Rubr: Gen: de tranſ-
„ lat: Feſtorum n. i. et ſ.*

*Sabbato ante Dominicam
Palmarum.*

In hodiernis Veſp: ceſſat Curſus B. V. M.

Pars Vernalis.

5.

Officium Defunct: Psalmi Graduales, et
Pœnitent.

Dominica Resurrectionis.

Post Hymnum ad Matutinum hæc Rubrica
ponitur: „Sic terminantur omnes Hym-
„ ni eiusdem metri usque ad Ascensionē,
„ præterquam in offic: B.V.M., in Hymno
„ S. Crucis ad Vesp:, et plurim: Martyrum
„ ad Matutinum.

Feria IV. infra Octavam
Paschæ.

Ante Antiphonam ad Benedictus hæc Rubr:
„ Prædictæ Antiphonæ, Cap: et vi. 2. Noct.
„ dicuntur usque ad Dom: in albis.

In Octava Ascen-
sionis.

Absolutio. Exaudi Dñe IESU,

In I. Nocturno. Benedictio. Benedictione
perpetua.

Ex Epistola beati Pauli Apostoli
ad Ephesios.

Obsecro itaque vos ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

R̄. Post passionem suam per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei alleluia: * Et videntibus illis elevatus est, alleluia: et nu-

bes suscepit eum ab oculis eorum alle-
luia. & Et convescens præcepit eis,
ab Ierosolymis ne discederent, sed ex-
pectarent promissionem Patris. Et
videntibus. Bened: Unigenitus Dei Filius.

Lectio II.

Unicuique autem nostrum data est
gratia secundum mensuram dona-
tionis Christi. Propter quod dicit:
Ascendens in altum, captivam duxit
captivitatem, dedit dona hominibus.
Quod autem ascendit, quid est, nisi
quia et descendit primum in inferio-
res partes terræ? Qui descendit, ip-
se est, et qui ascendit super omnes
caelos, ut impleret omnia.

Rx. Omnis pulchritudo Domini ex-
altata est super sidera: * species eius,

Pars Vernalis.

in nubibus caeli, et nomen eius in aeternum permanet, alleluia. ✠. A summo caelo egressio eius, et occur-
sus eius usque ad summum eius.

Species. Benedict: Spiritus Sancti gratia,

Lectio III.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi; ut iam non simus parvuli fluctuantes, et

circumferamur omni vento doctri-
nae in nequitia hominum, in astutia
ad circumventionem erroris.

R. Exaltare Domine alleluia;
* In virtute tua alleluia. V. Ele-
vata est magnificentia tua super
caelos Deus. * In virtute.

Benedictio. In unitate Sancti Spiritus.

Lectio IV.

Veritatem autem facientes in cha-
ritate crescimus in illo per omnia;
qui est caput Christus; ex quo totū
corpus compactum et connexū per
omnem iuncturam subministratio-
nis, secundum operationem in men-
suram uniuscuiusque membri, aug-
mentum corporis facit in aedifica-

tionem sui in charitate. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut et Gentes ambulat in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum: alienati à via Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis.

Rx. Non relinquam vos orphanos, alleluia: vado, et venio ad vos alleluia.

Pars Vernalis. ii.

* Et gaudebit cor vestrum alle-
luia alleluia. ✠. In illo die vos
cognoscetis, quia ego in Patre meo,
et vos in me, et ego in vobis. *
Et gaudebit. Gloria Patri. Et
gaudebit.

Lectiones II. et III. Nocturni ut
in Veteri Breviario.

Feria Sexta
post Octav: Ascensionis.

Lectio I.

Incipit Epistola secunda
Beati Ioannis Apostoli.

Senior Electæ dominæ, et natis
eius, quos ego diligo in veritate,
et non ego solus, sed et omnes, qui
cognoverunt veritatem propter

veritatem, quæ permanet in nobis,
 et nobiscum erit in æternum. Sit
 vobiscum gratia, misericordia, pax
 à Deo Patre, et à Christo IESU
 Filio Patris, in veritate et chari-
 tate. ¶ Gavissus sum valde, quo-
 niam inveni de filiis tuis ambu-
 lantes in veritate, sicut manda-
 tum accepimus à Patre. Et nunc
 rogo te domina, non tanquam
 mandatum novum scribens tibi,
 sed quod habuimus ab initio, ut
 diligamus alterutrum. Et hæc
 est charitas, ut ambulemus se-
 cundùm mandata eius.

hoc alunde fuit.

Si hodie celebretur festum 12. lect.
 tunc præcedens lectio ad appositum
 hoc ¶ signum dividitur in duas.

Rx. Tempus est, ut revertar ad eum,
 qui misit me, dicit Dominus: nolite
 contristari, nec turbetur cor vestrū:
 * Rogo pro vobis Patrem, ut ipse vos
 custodiat alleluia alleluia. v. Nisi
 ego abiero Paraclitus non veniet:
 cum assumptus fuero, mittam vobis
 eum. * Rogo.

Lectio II.

Incipit Epistola tertia bea-
 ti Ioannis Apostoli.

Senior Caio charissimo, quem ego di-
 ligo in veritate. Charissime, de om-
 nibus orationem facio te prosperè
 ingredi, et valere, sicut prospere agit
 anima tua. Gavisus sum valde ve-
 nientibus fratribus, et testimonium

perhibentibus veritati tuæ, sicut tu
in veritate ambulas. Maiorem horum
non habeo gratiam, quàm ut audiam
filios meos in veritate ambulare.

R. Non turbetur cor vestrum: ego
vado ad Patrem: et cum assumptus
fuero à vobis, mittam vobis, allelu-
ia: * Spiritum veritatis, et gaude-
bit cor vestrum, alleluia. V. Ego roga-
bo Patrem, et alium Paraclitū da-
bit vobis. * Spiritum.

Lectio III.

Incipit Epistola catholica
beati Iudæ Apostoli.

Iudas IESU Christi servus, frater
autem Iacobi, his, qui sunt in Deo
Patre dilectis, et Christo IESU con-

Servatis, et vocatis. Misericordia
 vobis, et pax, et charitas adimplea-
 tur. Charissimi, omnem sollicitudinem
 faciens scribendi vobis de communi
 vestra salute, neceſſè habui scribere
 vobis: deprecans supercertari semel
 traditæ sanctis fidei. Subintroie-
 runt enim quidam homines (: qui o-
 lim præscripti sunt in hoc iudicium):
 impii, Dei nostri gratiam transfe-
 rentes in luxuriam, et solum Domi-
 natorem, et Dominum nostrum IESŪ
 Christum negantes.

℞. Si enim ^{non} abiero, Paraclit⁹ non
 veniet ad vos: si autem abiero, mittā
 eum ad vos: * Cū autem venerit
 ille, docebit vos omnem veritatem.
 alleluia. ℞. Non enim loquetur à se-

metipso : sed quaecunque audiet loque-
tur : et quae ventura sunt, annuntia-
bit vobis. * Cùm autem. & Gloria.
* Cùm autem. Reliqua ut in Vet. Brev.

hor omigul pory
Ebenmuffbrant

- " Hodie ad Nonam cessant officia Sanc-
" torum de diebus infra Octavam : Officiū
" verò diei Octavae cessat ad Completoriū.
" Et si hodie occurrat festum i. vel 2.
" classis, in secundis Vesperis tantum fit
" Comemoratio eiusdem feriae pro vigilia
" Pentecostes.

Pars Aestivalis.

Dominica infra Oct:
Corp: Christi.

hor ut libel
pory: Ebenmuffbrant

- Post Nonam lect: haec ponitur Rubrica:
" Vel R. ult: Homo quidam ꝑ si de
" hodierna Dominica tantum dicitur iz.
" lectio. Item: In hac Dominica non dicitur iz. lectio
" Sabbato de simplici.
" Ante Dom: I. Augusti.